UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Viro Nobilissimo, Amplissimo Consvltissimoqve Domino Pavlo Cristiano Bircknero, ICto, Vectigalivm Erfvrdiensivm Serenissimis Saxoniae Dvcibvs Solvendorvm Praefecto Svperiori ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO CONSVLTISSIMOQVE

DOMINO

PAVLO CRISTIANO BIRCKNERO, ICTO,

VECTIGALIVM ERFVRDIENSIVM SERENISSIMIS SAXONIAE DVCIBVS SOLVENDORVM PRAEFECTO SVPERIORI

FAMA ET MERITIS FLORENTISSIMO

PATRONO SVO ATQVE AFFINI

AETATEM SVSPICIENDO

HOC

QVICQVID EST MVNERIS

GRATI ANIMI RELIGIONE PENDENDVM

PIE CONSECRAT

Collegij Societatis Jesu paderbornae
27 martij 1724.

ANDREAS FRID. BOETTICHER.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non latere Te poterit, Vir Ampliſſime, devotus tibique deditiſſimus animus, quo egregias Tuas virtutes, ſingularia merita, & cum elegantiſſima doctrina coniunctam humanitatem ſum̃a proſecutus & ea qua par eſt obſeruantia veneratus. Obſtringi videbar tot & tantis beneuoli Tui erga me animi documentis cuius non ita pridem luculentiſſimum ſpecimen edideras, quod adhuc grata mente agnoſco & agnoſcere nunquam deſinam.

ſinam. Sed nondum adfuit oppor-
tuna quædam occaſio pietatem, quam hactenus tacito pectore foueram, publico quodam teſtimonio exponendi: aſt non tam deficiebat occaſio, quam me ab executione tam pii inſtituti detinuit cognita & perſpecta Tua modeſtia, qua mihi tanta iniecta fuit verecundia, vt timerem, ne ampliſſimæ Tuæ Dignitati ab omni vanitate, alienæ diſplicerem, in publicam lucem aliquid protrudens quod vel ſpeciem debiti Tibi a me exhibendi cultus haberet. Rupit tamen ſilentium Tui mihi ſæpius declarati affectus & patrocinii conſideratio, ita vt de noua præſentis operis editione ſollicitus aliquo pietatis meæ ſpecimine, Nobiliſſimo Tuo Nomini hanc non inelegantium libellorum collectionem inſcribendo defungi maluerim, quam diutius omni decentis obſeruantiæ erga Te documento carere. Et hoc forte meam audaciam excuſabit & efficiet, vt am-

 pliſſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pliſſimæ Tuæ Dignitati non prorſus ingrata ſit hæc pietatis teſtificatio. Faxit Deus, vt sereniſſimo Principi, cuius gratia flores, cuiusque ſeruitiis immori cupis, nec non amicis, cognatis, familiæ omnibusque bonis quibus pro viribus ſingulari dexteritate & indefeſſo ſtudio prodeſſe cupis, diu inſeruire poſſis: Seruet Te diuina prouidentia incolumem & omnium felicitatum abundantia exhilaret, Tuamque prænobiliſſimam familiam exornet. Mihi vero, Vir Ampliſſime, Tuum fauorem & patrocinium integerrime conſerua, meque iis dignum habe, qui nullam prætermiſſurus ſum occaſſionem, qua pietatem, obſeruantiam & deuinctiſſimam mentem teſtari queam, permanſurus

Ampliſſimæ & Conſultiſſ.
Tu. Dignit.

Devotus & deditiſſimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN